

**D**iffident interpretes de  $\text{נִוְן הָא}$ , ignari quo illud trahi referrique debeat, an ad præcedentia, an vero ad subsequenta; Unde alii, quos inter B. Luth. & Arabs, penitus omittunt. Qui ad præcedentia trahunt non uno eodemque sensu id faciunt. Septuaginta Interpretes vocem hebræam in suum idioma non nihil flexam retinuerunt,  $\pi\tilde{\alpha}\ \delta\ \theta\epsilon\delta\acute{\omicron}\varsigma\ \eta\lambda\iota\acute{\omicron}\varsigma\ \alpha\phi\phi\acute{\omega}$ ; aut juxta alios codd.  $\alpha\pi\phi\acute{\omega}$ ; haud secus ac si nomen esset proprium, de quibus testatur Josephus Antiq. l. 1. c. 6. & 7. Græcis scriptoribus in more esse, ut peregrina & barbara nomina, quantum licet, ad græcam formam emolliant; quodque illis in Euphratis etiam nomine, ex Hebr.  $\text{נִוְן הָא}$  derivato, usu venisse doctissimorum quorundam virorum sententia est, quos tamen falsitatis arguit eruditissimus ac celeberrimus Huetius de situ paradisi terrestri c. 16. §. 1. p. 59. edit. Lips. De hujus igitur vocis explicatione frustra sudarunt quidam antiquiorum, quorum verba produxit Heins. Arist. S. prolegg. \*\*\* §. ff. edit. in in 8v. quem omnibus interpretibus hic otia fecisse, recte autumat Sixt. Amam. Anti Barb. l. 3. p. m. 406. Quod enim Reuchlin. l. 2. de verbo mirifico c. 16. f. 927. edit. Pistorii T. 1. artis Cabb. & Galatinus de A. C. V. l. 3. c. 23. f. m. 212. ex Jes. 42. 8. & Ps. 102. 28. evincere conantur,  $\text{נִוְן}$  nomen esse divinum, illud judice Sixt. Amam. loc. cit. l. 2. Diss. de nomine  $\text{נִוְן הָא}$  th. 4. p. edit. in 4. 297. merito a viris doctis explosum est, cum pronomen illud a propria notione dimovere nihil cogat. Ad præcedentia quo-